



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

XXXIX. Bischof Nicolaus von Verden gewährt der neu erbauten Kirche zu Lindberge einen Ablass, am 30. Mai 1314.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

dominus Amilius Sacerdos, Hinricus dictus Thuritz, Thidericus Godeschalei et Johannes Stefow, alique quam plures fide digni. Datum anno domini Millefimo CCC°. XII°.

XXXIX. Bischof Nicolaus von Verden gewährt der neu erbaueten Kirche zu Lindberge einen Ablass, am 30. Mai 1314.

Nicolaus, dei gracia Verdenfis ecclesie Episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentem litteram visuris siue auditoris Salutem sempiternam et fructuosam in domino karitatem. Ad deuotionis ardorem et Opera misericordie Cristi fideles quosuis accendere Cupientes, Omnibus vere penitentibus, Contritis et confessis, qui Ecclesie Beate marie et Beate katherine in Lintberghe nouiter edificate et per nos Consecrate manus porrexerint adiutrices, Vel qui sacerdotem cum corpore dominica infirmos visitantem cum vera contricione secuti fuerint, seu qui Cymiterium ipsius ecclesie circuerint faciendo memoriam in suis oracionibus fidelium defunctorum, pro quolibet circuitu, Auctoritate dei omnipotentis et Apostolorum eius petri et pauli et nostra confisi, XL dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus. Datum Geckeleue, Anno domini M°. CCC°. XIII, tercio kalendas Juni.

XL. Nicolaus und Johann, Herren zu Werle, bestätigen dem Kloster Arendsee den Besitz von Werckenthin, am 2. October 1314.

Nos nicholaus et Johannes, dei gracia domini de werle, et Johannes, eadem gracia domicellus de eodem, Vniuersis prefencia visuris seu auditoris in domino cupimus esse notum, quod nos vnanimi consensu, habito consilio nostrorum fidelium, villam warkentin, quondam per hinricum, dominum de werle, nostrum patrum bone memorie, domino Johanni de Getze pro quadam pecunia obligatam, Quam dominus Ludolfus, prepositus monialium in Arnesse, ad vsus eiusdem ecclesie in Arnse redemit ab heredibus militis antedicti, ecclesie monialium in Arnesse simpliciter propter deum Cum omni Jure, maiore iudicio et minore, et cum precaria tam maiore quam minore, sine seruicio vrano, cum omnibus suis attinenciis et vsufructibus in agris cultis et incultis, siluis, pascuis, paludibus, nemoribus, viis et semitis, et simpliciter, sicut sub propriis terminis continetur, Similiter capturam piscium in dimidio stagno et fluenti aqua, que pena vocatur, Et de fluuio Zuzina vsque ad filuam quercinam infra malchin et warkentin vsque ad fossata, que Vosgrouen dicuntur, vsque in fluuium pene per descensum, libere contulimus perpetuo possidendam sub eisdem libertatibus et prerogatiuis, sicut kazimarus et Wartiflaus eius filius et